

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

17. Aquam benedictam, aliaq[ue], quæ Sacramentalia voca[n]tur, fructuosê contra d[a]emone[m], & morbos adhiberi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

sanata. Similis huius olei effectus, in Annalibus nostris Anno Litt. An. Soc. 1599. Lugduni reportatus memoratur. *Eger magno febris astu* Insv. An. 1599.
conflictatus, inter confitendum, urgente morbo, de potestate mentis Lugduni.
exierat. Iam de sua salute aetum esse, sempiternis se supplicijs, apud
inferos, damnatum clamitabat, nullius orationem auribus admittebat.
Sacerdos, qui aures ei dabat, ubi furorem eius animo obstrepare
animaduerit, ad diuina presidia, ubi defessent humana, confugiendum
existimauit. Ita domesticos monet, ut sacrum oleum, quod aeger, pri-
usquam insaviret, postulauerat, celeriter adferendum curarent. Mi-
ra dictu visuq[ue] res! simul atque sacro rite inunctus est oleo, mentio
sanitatem, paulo post etiam corporis valetudinem recuperauit. Ita in
extreme Unctione Sacramento extrellum salutis auxilium innenit.
Quod etiam alij inuenirent, si in sacris potius, quam profanis
medicinis remedia querere didicissent.

10. Præter dicta Sacramentorum remedia, sunt alia, quæ XVII.
 ab Ecclesiastica Clauis potestate, id est, ab authoritate remit S. Thom. 3. p.
 tendi peccata, quam Ecclesia habet, sunt ad remissionem pecca q. 87. n. 3.
 torum Venialium instituta, vt aqua benedicta, benedictio Epi. Gregor. Val.
 scopalis, Oratio Dominica, Confessio generalis, Oratio in Ec. 3. p. disp. 7.
 clesia consecrata, Tunsio pectoris, &c. quæ omnia vocari solent
 Sacramentalia quædam; quorum usu, quando est cum aliqua er-
 ga Deum reuerentia, & si saltē implicitè refertur ad eum finem,
 ad quem sunt instituta, peccata quidem Venialia primariò re-
 mittuntur, faciunt tamen etiam ad alios fines, vt ad diabolum
 impediendum, ejiciendum, cruciandum, ad morbos pellendos.
 Constat hoc ex usu, & antiquissima traditione Ecclesie, contra
 quam disputare, insolentissima insanias est, teste S. Augustino. Por- S. Augustin.
 rò dum hæc delectant peccata venialia ex opere operato, vel epist. 118.
 excitatione p[ro]p[ri]e alicuius motus, non est huius loci discutere. Illud
 hoc spectat, vt doceamus, etiam per talia morbos subinde tolli.
 Aqua benedicta duplex est, nimirum baptismalis, in vigilia Pa- c. in Sabbato
 schæ & Pentecostes consecrari solita, quæ jure Canonico est de cons. d. 4.
 comprobata; & lustralis, quæ singulis Dominicis diebus benedi-
 ci ut tum ad supradictum finem venialium peccatorum abolen-
 dorum, (unde diligenter est usurpanda) tum nominatim etiam
 ad dæmonis insidias & artes auerruncandas; de qua aqua extat
 epistola

epistola Alexandri I. Papæ; & constitutio S. Matthæi Apostoli,

S. Clem. Rō. apud Clementem Romanum ista. De aqua, & oleo ego Mattheus lib. 8. Constitutio, ut benedicat Episcopus aquam aut oleum: si vero non Apostol. c. 35. aderit, benedicat Presbyter, presente Diacono. Cum autem Episco- Baron. Tom. 1. Annal. Sur. piso aderit, assistant Presbyter & Diaconus. Dicat autem in hunc in Chron.

modum: Domine Sabaoth, Deus virtutum, creator aquarum, & largitor olei, miserator & amator hominum, qui dedisti aquam ad bibendum & abluendum, & oleum ad exhilarandum faciem in exulta- tionem letitiae: ipse etiam nunc sanctifica per Christum hanc aquam & oleum ex nomine eius, qui obtulit, vel quo obtulit, & tribue ei vim san- nandi & depellendi morbum, fugandi demones, expellendi infidias, per Christum spem nostram, cum quo tibi gloria, honor, & cultus, ac san- tho Spiritui in secula. Amen. Valere hanc consecrationem, experientia testatur.

XVIII.

B. Theodor.
lib. 5. hist.
cap. 21.

B. Epiphan.
hæret. 31.
Pallad. in
hist. Lausiac.
cap. 19.

Audoen. I. 2.
cap. 20.

Hanc autem contra dæmonem experientiam quotidianeæ historiæ plurimæ ostendunt. Marcellus Episcopus, apud B. Theodorenum, Iouis Apameni fanum diruens, vidit Spectrum Acheronticum obstat, ne materiam ligneam ignis consumeret. Quare erucis signaculo aquam benedixit, quaflammam aspergit acceditque, & spectrum fugavit. Iosephus quidam, apud Beatum Epiphanium, cum adhuc Iudeus esset, hominem insanum, aquæ benedictæ aspersione restituit sanitati; vti & Macarius, pristinæ formæ feminam, quæ magicis præstigijs in equum fucrat transformata, effusâ dumtaxat aquâ sacra in caput eius. Immò S. Eligius Nouiomensis Episcopus quinquaginta Ener- gumenos simul, porrecta eis aqua benedicta, liberavit. S. Anno Arhiepiscopus Colonensis, in Germania, S. Maclovius in Gal- lia, S. Laurentius Dublinensis in Britannia, Wilibrordus, Hu- bertus, Vrsmarus, Theodorus, & alij passim Sancti, hoc rore sa- cro malignos Spiritus perex cruciarunt, fugarunt. Anno Chri- sti 1628. ego ipse in sollempni processione, die Veneris sacro, Ingolstadij, quemdam è Societate nostra Patrem, collega- meum, ac Theologiae Professorem, multa jam nocte comitatus sum, in quem è spectatorum turba audax quædam femina inuo- lauit, eiusque brachium aliquoties plana manu permulsit, quasi ei blandiretur. Vix manum reduxerat, cum ingens, eodem in- brachio